



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXXVIII. Markgraf Otto von Brandenburg und sein Sohn Hermann
verleihen ihrem Getreuen Christian, Vogte zu Coburg, das Dorf Sulzbach in
der Grafschaft Henneberg, am 4. September 1295.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

emunitate Hillesheimensis Ecclesiae, iuris ordine praetermissa, violentias, effractiones et incendia temere commiserint: et licet ipsi Consules cum complicitibus suis pro foedo facto hujusmodi excommunicationem et interdicti meruerint sententiam reportare, iidem tamen sententias ipsas vilipendendo, aliorum sibi confortia assumentes, ad destructionem Ecclesiae et inuasionem honorum ipsius, ut dicitur, machinantur. Cum igitur Hillesheimensis Ecclesia non immerito pace gaudere debeat, quam istius Episcopus cum coeteris Principibus iam firmavit, Burgenfes vero minime; Serenitatem vestram multa precum instantia duximus exhortandam, quatenus si praedictis ciuibus contra Hillesheimensem Ecclesiam consiliis et auxiliis adstare aliquantulum conceperitis, eiusdem concepti propositum, quoad dum mutuis affinitibus alloqui nobis poterimus omnibus postrogatis negotiis, petimus prorogari. Datum Bero-
lini, in die S. Petri ad vincula, Anno MCC LXXXV.

Nach Scheid, Nachricht v. Nel, Mant. doc. S. 350.

CCLXXVII. Der Markgraf Otto von Brandenburg verpflichtet sich dem Herzoge Otto von Braunschweig, mit den Herrn von Wenden keinen Frieden zu schließen, bevor ihrer resp. Tante und Schwester, Heinrichs von Werle Wittwen, wegen deren Ausstattung genüge geleistet worden, am 14. August 1295.

Nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, presentis scripti tenore protestamur, Quod cum dilecto auunculo nostro Domino Ottone, Illustri Duce de Lünenborch, placitauimus in hunc modum, Quod cum dominis flauie nullam debeamus facere compositionem siue sonam, nisi nepte nostre, sorori ipsius, relicte domini H. de Werle, fuerit de dote sua secundum consilium amicorum suorum satisfactum. In cuius rei testimonium presentes litteras iussimus appensione sigilli nostri confirmari. Datum saltwedel, anno domini M°. CC°. LXXXV°, in vigilia assumptionis beate marie virginis.

Nach dem im Königl. Sächsischen Landes-Archive befindlichen Originale.

CCLXXVIII. Markgraf Otto von Brandenburg und sein Sohn Hermann verleihen ihrem Getreuen Christian, Vogte zu Coburg, das Dorf Sulzbach in der Grafschaft Henneberg, am 4. September 1295.

Nos Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, et Hermannus, eiusdem Ottonis filius, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos viro strenuo et discreto, Cristiano, nostro fidei, in Coburg aduocato, villam Sulzbach cum omnibus attinenciis, pratis, pascuis, siluis et nemoribus, contulimus titulo feudali, hoc adiecto moderamine, quod si eidem Christiano summe necessitatis articulus, quod absit, immerferit, liceat tunc eidem predictam villam vendere pro sua necessitate redimenda, cum attinenciis et per-

tinenciis antedictis. Datum Molhufen, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, in die beati Marcelli.

Nach Schöppach, Hennebergisches Urkundenbuch I. S. 36, und Gruner, Besch. des Fürstenth. Coburg II. 163.

CCLXXIX. Markgraf Albrecht von Brandenburg erklärt, daß die Dörfer Zelchow und Schönfelde, welche die von Wedel von ihm zu Lehn zu besitzen behauptet haben, zu Pommern und nicht zur Mark gehören, am 24. April 1296.

Nos Albertus, dei gracia, Marchio Brandenburgensis, Lufacie ac Landesbergenfis, Recognoscimus — quod he uille, uidelicet Zelchowe et Schoneuelde, iacent in ducatu Stettinenfi cum omnibus distinctionibus earundem et non in Marchia, et pertinent Nobili Principi, nostre chariffime forori, domine Mechtilde Duciffe Stettinenfi, et eius filiis, nostris dilectis Auunculis, dominis Barnim et Otthoni, Ducibus Stettinenfibus, et eorum veris et legitimis heredibus. Licet tamen Haffo et Ludolphus de Wedele milites easdem a nobis in pheodum uoluiffent habuiffent. Testes huius rei funt strenui Splinter Hake, Reimarus de Wolcow, Volfeckinus de Melsholte, Fredericus de Brunkowe, Hinricus de Zidow, Anfelmus et Henningus de Blankenborch, milites, Gherardus Speninghe famulus, Rudolphus Archidiaconus Vredebergenfis noster Prothonotarius et alii plures fide digni. Datum Berenwolde in Cimiterio, Anno domini Millefimo Ducentesimo nonagesimo feptimo, feria quarta ante Philippi et Jacobi Apoftolorum.

Nach einer Abfchrift von Wohlfürcks Hand.

S.: Gesch. d. böhm.
Fam. v. Hake
1928, S. 31:
evtl. gehört
ein Kammer
220. Splinter
und Hake
??

CCLXXX. König Adolph weist den Markgrafen Otto von Brandenburg, als Hauptmann des Landfriedens in Sachsen, und Gerlach von Bruberg, als Hauptmann des Landfriedens in Thüringen, zur Handhabung gewisser Erkenntnisse in Sachen des Abtes zu Walkenried an, am 2. Juli 1296.

Adolfus, Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, uniuersis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Litteras infra scriptas uidimus et perspeximus tenorem huiusmodi continentes: Nos Gerlacus dominus de Bruberg capitaneus et duodecim pacis conservatores per terram Thuringie generalis, recognoscimus et ad uniuersorum notitiam cupimus pervenire, quod in iudicio coram nobis proxima quarta feria ante festum beatorum Viti et Modesti, ad instantiam venerabilis viri domini Hermannii, Abbatis cenobii Walkenredensis, requisitum fuit, utrum pro delicto persone debeat ecclesia vel cenobium, cuius filius esse dinoscitur, de jure inculari, aut dampnum exinde sive gravamen aliquod reportare. Ad quod debita deliberatione prehabita, responsum fuit, nec non ab omnibus astantibus approbatum, quod delictum persone non debeat